



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CCV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

nendi domine Gilie consuetum canonem singulis annis, prout ipsi hospitali solui debebat, & cum dicti heredes per multos annos canonem scienter non soluerint, dicuntur a iure suo cecidisse ad tradita per glossam in cap. litera. de dilatio. in cap. potuit. de locat. & l. 2. C. de iure emphyteotico. Et hac procederent, si uerum esset, quod melioramenta, ac utile dominium fuissent assignata per libris quingentis, & quinquaginta tali estimatione, quae emptionem fecisset. Sed quia hoc negatur, & ut dixi, in dubio non presumitur, nisi fuerit expressum dictum, ideo dicendum est, quod ex quo per mortem ser Hieronymi domus quoad melioramenta, ac utile dominium rediit ad dominam Giliam, prout aliud dotis residuum dicitur rediisse, utile dominium per consolidationem illius factam cum directo dominio in persona domine Gilie emanuit, & extinctum fuit, & plena proprietate dictae domus dicitur pleno iure ad dominam Giliam spectare, nam ubicunque

45 In eadem persona utile dominium cum directo iungitur, utile dominium amplius non est in consideratione, sed cum directo consolidatur, & efficitur aliud dominium, hoc est plenum dominium. Sicut dicitur de usufructu, qui dicitur ipso iure cum proprietate consolidari finito usufructu, ut notabiliter declarat Bald. in l. 1. quæst. 46. ff. de rerum diuisione. & faciunt, quæ habentur per Alexand. in l. interdum. in fi. ff. de acqui. poss. ¶ Ultimo noto illa uerba relationis domini Alberti, super quibus fit fundamentum per aduersarios, qui solam dictam relationem ad eorum fauorem produxerunt, quibus dicitur, declarando etiam refert, dictam domum, de qua supra, seu eius melioramenta, & utile dominium remanere debere ser Hieronymo ultra dictas libras septingentas nongentas, quia ex huiusmodi uerbis non potest dici aliquid aliud ius fuisse in dictis domibus, & melioramentis acquisitum, quam ipse prius habuerit, & sic non potest dici aliquid de nouo ser Hieronymo acquisitum, sed solum illud,

46 quod prius habebat, reseruatum, nam uerbum remanere proprie importat idem, quod retinere, & eo iure, quo quis prius habebat, & non ultra. l. 2. §. item si uoluntate. cum sequen. cum ibi notatis. ff. soluto matrimonio. l. patre furioso. in princip. ff. de his, qui sunt sui, uel alieni iuris. Improprie uero sumitur causa contrarietatis, & absurdi euitandi pro reddere, seu restituere, ut est text. ibique omnes doctores in l. si cum ante. C. de donatio. ante nuptias. In casu autem nostro debet intelligi proprie pro retinere eodem iure, quo prius habebat, adeo, quod ex hoc non dicatur aliquid ius de nouo acquisitum illi, ad quem uerbum remanere refertur, alioquin si improprie sumeretur, sequeretur absurdum, & præiudicium domine Gilie, & resularet contrarietas inter ipsam relationem, & citationes factas, ut supra dictum fuit. Quod non est dicendum, quia gratia euitandi contrarietatem, seu præiudicium, & absurdum uerbum remanere intelligitur improprie pro reddere, & restituere taliter, quod de nouo aliquid ius acquiratur illi, ad quem refertur, non autem quando absurdum, & præiudicium alterius, seu contrarietas resularet per prædicta. Pars ergo aduersa dictam relationem domini Alberti in illis uerbis ad sui fauorem deducens fuit decepta, quoniam ex ea, seu ex illius uerbis nullum ius potuit dici de nouo acquisitum ser Hieronymo, sed solum id reseruatum, quod prius habebat, & sic illud ius tantum, quod habebat tanquam maritus, & coniuncta persona, & reuocabiliter, ut in aliis rebus dotalibus. Et ex prædictis apparent resoluta omnia, quæ in contrarium supra adducebantur. Laus Deo.

- 1 Fructus pignoris in sortem computantur, & sortem ipsam tenuant, alioquin esset usura prohibita. Falit in causa dotis. num. 6.
- 2 Debitor, qui pignus dedit, quocumque temporis spatio etiam gissmo excludi per creditorem non potest a facultate capendi pecuniam debitam, ut pignus sibi restituatur. Et quomodo hoc procedat. num. 7.
- 3 Ex datione in solutum ita dominium in creditorem transiit, sicut ex uenditione, si debitor tradens erat dominus capiendi, & prescribendi conditio.
- 4 Possessio rei alicuius per longum tempus ex quo non possit tueri.
- 5 Titulus allegatus quando possessione longissima non tueri.
- 6 Princeps ex sua plenitudine potestatis potestatem delegat banitos, & rebelles ad bona etiam alteri acquirere, si a alio possessa restituere.
- 7 Mors alicuius non presumitur, nisi probetur.
- 8 Argumentum ex maiestate rationis etiam in gratia probatur.
- 9 Privilegium in dubio semper est presumendum reale, & non uerum personale, & ad heredes etiam transire debet, maxime quibus eadem, uel maior privilegij ratio ualeat.

E P I T O M E.

PIGNORIS, & hypothecæ loco non habet tam, & possessam, sed titulo, & iure assignationis solum rem mulieri pro suis dotibus traditam, & ea per annos triginta, & ultra pacifice, & quiete, & bona fide possessam, hic demonstratur.

C O N S I L I U M C C V.



¶ Vm iam diu Chriacus de Cathedis etiam & Franciscus, ac Mattheus eius fratres altera ad diuisionem bonorum suorum communium deuenissent, & in diuisione quadam domus posita in ciuitate Bononie, in qua habitabant, fuisset ipsi Chriaco assignata cum octo tamē satisfaciendi domine Iuliane de Bononie matris dictorum Francisci, & Matthei de dotibus suis, si fuerunt, & sunt libras trecentas, prout in dicta diuisionis instrumento continetur, & iacta diuisione illius per dictum Chriacum assignata fuisset domine Iuliane certa pars dictæ domus, in qua ipsa dicitur præiudicium diuisionis unā cum dictis filiis suis Mattheo, & Francisco usque ad mortem steterit, & habitauit, illamque tenuit, & possedit, ac post eius mortem dicti Franciscus, & Mattheus, & successores eorum filij, & heredes eorum per in ea steterunt, illam pacifice, & quiete retinendo, ac bona fide usque ad tempora anni 1331. possedendo, modo quidam de Panzacchijs præteriti successores dicti Chriaci ex asserta donatione ipsius factæ contra heredes, & filios dictorum Francisci, & Matthei super restitutione partis domus prædictæ allegantes illam per dictum Chriacum fuisse domine Iuliane pro dotibus suis pignoratam, & obligatam, & dominam Iulianam, ac successores eius filios, & heredes illam per annos triginta, & ultra remansisse, & possidere, & consequenter teneri fructus, seu peniones dictarum librarum trecentarum atrenuare, alioquin esset usura prohibita, & uerita, ut est text. in cap. 2. ibique communiter omnes canonistæ, & in cap. 2. ibique communiter omnes canonistæ, & in cap. 1. l. 1. & 2. C. de pigno. actio. & C. de pac. pigno. l. 1. ff. de pigno. actio. & l. si conuenit. eodem tit. ff. de pigno. actio. & l. si conuenit. eodem tit. ubi idem de iure ciuili procedit, atque dispositum.

Secundo præfati de Panzacchiis, dicunt, quod ipsi ut
 de rebus universis competit facultas offerendi
 debitorum, hoc est dictas libras trecentas,
 et debitas dictæ domini Juliane, ac hæredibus
 illius, post mille annos, & quod domina Juliana, sui
 hæredes per spatium alicuius temporis et longissimi
 non poterunt aduersus facultatem offerendi pe-
 cuniæ debitam præscribere, quamvis primus credi-
 tor offerendi aduersus secundum credito-
 rem præscribere, ut concludunt Cynus, & alij post gl.
 de notissimi. §. i. ibique omnes doctores. C. de
 triginta annorum Pau. de Cast. & alij in l. si
 quis. ff. de pigno. actio. & licet glo. ibi contra-
 riam, tamen prima opinio est communis, ut
 de Cast. & Cyn. & alij in dicta l. cum no-
 tum est, propriè ponunt casum, quando debitor re-
 m hypothecauit, seu pignoraui, illi re traden-
 te, dicitur rem naturaliter, & ciuilitèr possi-
 dere, qui pignoris, cum sequen. ff. de acqui. pos-
 sess. l. si pignori. §. propriè. cum similibus, & querunt,
 an creditor re illam per annos quadraginta, & ultra
 possit præscribere, debitor præscriptione illius re
 potest tunc exclusus a facultate offerendi pecuniā
 debitam, cuius rei restituatur, pignusque liberetur,
 & concludit, quod non, quia talis facultas offerendi ali-
 quo tempore non tollitur. ¶ Sed tamè his no-
 tionibus, contrariam opinionem in casu, de quo
 agitur, esse existimo, quod hæredes dictorum
 Francisci, & Matthæi ad restitutionem dictæ partis do-
 minus non teneantur, et si ipsi pecuniā debita offerre
 non possint, fructus, seu pensiones teneantur in for-
 te computare, quoniam dicta domina Juliana, & suc-
 cessori hæredes dictam partem domus non tene-
 runt hypothecam, nec ut pignoratam, sed tan-
 quam propriam, & assignatam in solutū ad dicto Chri-
 achum, quæ mediare post prædictam bonorum diuisio-
 nem dicta domina Juliana in solutum dedit, & assi-
 gnauit, ex qua datione, & assignatione in solu tum
 ex contractu uenditionis transfertur domi-
 nium creditorem, cui datum fuit in solutū, si de-
 bitum erat dominus, alioquin transferri usua-
 rius, & præscribendi conditio ex soluto, uel ex titu-
 lo, propter quem datum fuit. l. i. cum ibi not. per glo.
 de solut. ff. pro soluto. Quod autem hæc pars domus
 sit assignata, & in solutum data, prout dicunt, & al-
 ter hæredes domine Juliane, probatur ex eo, quod
 dicta domina Juliana, & successores illius hæredes semper,
 & continuè per annos triginta, & ultra, & ad die diui-
 sionis prædictæ illam partem tenuerunt, & possede-
 runt, quo casu sequitur, quod præsumitur ipsos tenuis-
 se, & possideisse ex titulo allegato. l. quædam mulier.
 ff. de rei uendi. Item ¶ illis casibus, qui-
 bus præscriptio non procedit, seu quis non potest in
 præscriptione etiam longissimi temporis se fundare,
 si non principaliter titulum aliquem legitimum alle-
 gat, dum se fundat, tunc ad probandum illum ti-
 tulum sufficit possessio longissimi temporis, ex qua ti-
 tulus allegatus præsumitur, atque probatur. Et uis est
 in hoc proponendi tempus, nam si quis principa-
 liter, si uero principaliter in aliquo legitimo titu-
 lo, & ad probandum illum probet suam pos-
 sessionem longissimi temporis, tunc allegatio illius
 temporis prodest, ut no. uoluit Abb. in c. querelā. de
 test. ff. de test. per Barto. & alios in l. cum de in rem
 de usufructu & per legistas in l. si centis annis. C.
 ¶ Non obstat adducta in contrarium, &
 quod dicitur, quod de compensatione fructuum, & pen-
 sionum dicebatur, quia licet dici possit, quod iura
 fructuum rei pignoratæ debere in fortem com-

pensari locum non habeant in causa dotis, hoc est in
 re pignoratæ, & hypothecata pro dote, & saluiter de
 usufructu, tamen aliter etiam potest responderi uidelicet,
 quod in casu nostro hæc pars domus non fuit tenta, ne-
 que possessa loco pignoris, & hypothecæ, sed tanquā
 sua, & propria acquisita ex legitimo titulo dationis in
 solutum, ex quo dominium transfertur iuxta not. per
 glo. si in d. l. i. ff. pro soluto, ut supra dictū fuit. ¶ Non
 obstat secundum contrarium, quia similiter respon-
 detur, quod ¶ illa opinio Cyni, Pauli de Cast. & aliorū, p-
 cedit in creditore, qui rem pignoratam et per longis-
 simum tempus tenuisset, & possideret, quoniam ad-
 uersus debitorem, uel causam ab eo habentem non
 posset præscribere facultatem offerendi pecuniā de-
 bitam pro luitione, & liberatione pignoris, sed in ca-
 su nostro dicti Franciscus, & Matthæus creditores, eo-
 rumque hæredes dictam partem domus tenuerunt,
 & possederunt ex alio titulo legitimo, uidelicet ex ti-
 tulo dationis in solutum, ergo sequitur, quod illa posset
 sio creditorum, qui rem ciuilitèr, & naturaliter possi-
 derunt, non potuit debitori, seu eius successoribus, p-
 desse, sed solum creditoribus, ad quos dominium dictæ
 partis domus postea peruenit, argumento l. cū & for-
 tis. §. pignus. ibique Pau. de Cast. ff. de pign. actio. Et hæc
 quoad causam conuentionis per dictos de Panzac-
 chiis contra hæredes, & filios dictorum Francisci, &
 Matthæi Motam dicta sufficiant. ¶ Quo uero ad cau-
 sam reconuentionis per dictos hæredes, & filios con-
 tra illos de Panzacchiis Motam, uidetur concluden-
 dum esse, dictos de Panzacchiis debere condemna-
 ri ad relaxationem, & restitutionem bonorum dicti
 olim Chriachi, quia illi de Panzacchiis tenent, & oc-
 cupant occasione cuiusdam assertæ donationis, seu
 cessionis ipsis factæ a tunc Reuerendissimo domino
 Gubernatore Bononiæ, quoniam post rebellionem dicti
 Chriachi, qui fuit pro rebelle bannitus tanquā unus
 de sequacibus Bentiuolorū, fuit a Papa concessa resti-
 tutio, & reintegratio etiam ad bona ad alios transla-
 ta ipsis Bentiuolis, ac omnibus, & quibuscunque eo-
 rum sequacibus, qui homicidium non commisissent,
 & consequenter ipsi Chriacho, qui nullo unquā tem-
 pore aliquod commisit homicidium. Et ¶ princeps ex
 sua plenitudine potestatis etiam absque causa rebel-
 les, & bannitos restituere potest ad bona quoque alte-
 ri acquisita, & ab alio possessa, ut uoluit Bald. in c. i. in
 princ. hic finitur lex, & habetur per Alex. in l. gallus. §.
 & quid si tantum. col. antepen. ff. de lib. & posth. & per
 Bald. in l. si. C. de senten. passis. & ubique doct. ¶ Non
 obstat, quod huiusmodi gratia, & restitutio fuit concessa
 Bentiuolis, eorumque sequacibus sub conditione de
 prestando certam cautionem, quia respondetur, quod in
 dicta gratia, seu restitutione dicebat, Bentiuolis debe-
 re certo modo cauere, & hæc cautio præstita fuit secū-
 dum formam in breui restitutionis contentam, de se
 quacibus autem dicebatur eos teneri prestare quasdā
 cautiones iuxta declarationem faciendā ab ipso Pa-
 pa, seu ab alio, prout in dicto breui. Quæ declaratio nū-
 quā facta fuit. Et ideo per cautionē præstitam à Benti-
 uolis oēs sequaces absque alia cautione restituti fuerunt.
 ¶ Nec obstat, quod Chriacus tempore, quo facta fuit
 restitutio, seu concessa gratia reintegrationis, iā erat
 mortuus, ergo cum illa esset gratia personalis, non po-
 tuit ad hæredes Chriachi transire, argumento l. quia
 tale. cum glo. ibique doctores. ff. solut. matti. Nam
 potest responderi primo uerum non esse, quod Chria-
 cus tunc esset mortuus, ¶ neque hoc est præsumen-
 dum, nisi probatum fuerit, quis enim per centum an-
 nos uiuere præsumitur, argumento l. fin. cum simili-
 bus. C. de sacrosanct. eccles. Secundo et si de morte
 Chriachi ante gratiam factam probatum fuisset, ta-
 men

- me illa debuit etiam prodesse heredibus Chriachi ex
 10 maiore rationis, et quod argumentum procedit
 etiam in gratiis, ut probatur in l. ex facto. ff. de uulga.
 & pupil. & argumento auth. multo magis. C. de sacro
 sanct. eccle. ergo multo magis debet dici concessa he-
 redibus dictorum sequacium, ac etiam dicti Chri-
 chi, qui nunquam fuerunt rebelles, sed semper sub
 fide, & deuotione sancte matris ecclesie remanse-
 runt, & ideo ex hoc in terminis nostris dicta gratia,
 seu privilegium restitutionis debet etiam dici reale,
 11 attendita ratione in eo assignata, ac etiam quia in du-

bio semper debet presumi reale, & non mone-
 nale. l. forma. §. quanquam. ff. de censibus glo. in
 ma. 25. questio. 2. ex quo sequitur, quod ratio de
 etiam ad heredes, maxime in quibus eadem ratio
 ior privilegij ratio militat per tot. per Bart. in
 quod autem. ff. quod quisque in l. in fin. ff. de
 immunit. Dyn. in regula privilegij de rega. in
 6. & Alex. in l. 1. ff. de constit. princip. Et in cau-
 dendum est in casu nostro.

Laus Deo.

Confiliorum clarissimi, & excellentissimi Iureconsulti Augustini Beroij
 Bononienfis volumen primum explicat.

Confiliorum clarissimi, & excellentissimi Iureconsulti Augustini Beroij Bononienfis volumen primum explicat. In hoc volumine continentur confilia Augustini Beroij, Iureconsulti Bononienfis, quorum primum est de hereditate Chriachi, deinde de hereditate sequacium, et de hereditate Chriachi, qui nunquam fuerunt rebelles, sed semper sub fide, & deuotione sancte matris ecclesie remanserunt, & ideo ex hoc in terminis nostris dicta gratia, seu privilegium restitutionis debet etiam dici reale, attendita ratione in eo assignata, ac etiam quia in du-

bio semper debet presumi reale, & non mone-
 nale. l. forma. §. quanquam. ff. de censibus glo. in
 ma. 25. questio. 2. ex quo sequitur, quod ratio de
 etiam ad heredes, maxime in quibus eadem ratio
 ior privilegij ratio militat per tot. per Bart. in
 quod autem. ff. quod quisque in l. in fin. ff. de
 immunit. Dyn. in regula privilegij de rega. in
 6. & Alex. in l. 1. ff. de constit. princip. Et in cau-
 dendum est in casu nostro.